

Petrus Tomicki Episcopus Cracoviensis
 vice Cancellarius Luce de Yorka
 Castellano Romanensi et Capiti-
 taneo maioris Soloniae generali-

103

Magnifice Domine et Frater honorandissi-
 me! Magnopere me recreavit magnifi-
 centia vestra nuntius, qui mihi illam
 bene salvam et incolumem esse redulit.
 Salus enim magnificentia vestra super
 omnia est mihi ut merito debet Char-
 vissima. Seterum et ex literis magnificen-
 tia vestra magna pars voluptatis mihi
 accessit quod et illis persequi valetudinem
 meam illi summe cure esse pro qua
 amica significatione ego plurimas
 ago et habeo magnificentia vestra gra-
 tias illamque vivissim presentibus visis
 et fraterno quam maxime populi salute
 hic apud nos novi nihil habetur prater
 hoc quod nuntius tertius Dominus Jacobus
 Cracoviensis Regis Joannis Oratoris mu-
 nere fungens hic mortuus est Maestas
 Domini nostri ut cepit nunc etiam
 laborare non cessat ut severissimus
 Rex Ferdinandus cum Rege Joanne de
 conditionibus

conditionibus concordie et pacis inter se tra-
ctare incipiant —

Quibus id tantisper propterea persua-
dere non potuit, quod Rex Ferdinandus
non alio quam Vratislaciā et Rex Jo-
annes contra nisi in Boloniā orato-
res se misuros esse promittant. Cuius de
reperiendo argento Magnificentia vestra
habet plurimum me delectat. Namque
cupere vehementer, ut aliquando oppu-
lentior quam frugum fertilitate Patria
nostra augere commendo me amori
& benevolentia fraterna Magnificentia
vestra quam felicem semper esse & cum
suis omnibus bene inolumem vehemen-
ter desidero. Datis ut supra.